Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8260
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



unctionis Circa hoc tria fuerit primo
determinat institutionem secundo effectum
ipsius quinto ordinem sacramentorum tertio
illorum sacramentorum ad alia et quarto in aliis
sacramentis. Dicit extrema
unctio est sacramentum vnum a xpo institutum. Arguitur primo quod non sit
sacramentum quia solum oleum assumitur
ad infirmos non ad catechumenos
Dicit unctio que fit oleo ad catechumenos
non est sacramentum. Igitur non extrema
unctio que fit oleo ad infirmos est
sacramentum. Secundo sacramenta veteris legis
fuerunt signa sacra non veteris. Sed extrema
unctio non habuit aliquem signum in
veteri lege. Igitur non est sacramentum nouum.
Sed ar. quod extrema unctio non est
vnum sacramentum. Tamen sic intimatur est
sacramentum baptismi. Sic unctio est hic
sacramentum. Dicit hic sunt plures unc-
tiones igitur plura sacramenta. Tertio vnum
sacramentum ab vno ministro ministrari debet
sed in aliquo casu extrema unctio non
potest ministrari ab vno ministro. Dicit si
post primam unctionem sacerdos in-
firmetur vel moriatur tunc cum alio
sacerdote debet procedere. Quinto arguitur
quod non sit a xpo institutum quia
de institutione sacramentorum quod xpus insti-
tuit sit mentio in euangelio sicut de eu-
charistia et baptismo. Sed nulla fit
mentio de extrema unctione. Igitur non
est a xpo instituta. Sexto magister
sententiarum in libro dicit. Et est instituta
ab apostolis igitur ipse non instituit
quoque. Et est magister in libro dicit
Quod sit vnum sacramentum nouae le-
gis. Et quod sit a xpo institutum
Patet quia sacra nouae legis
sunt digniora quam sacra ve-
teris. Sed omnia sacra veteris sunt
instituta a deo igitur a fortiori omnia
nouae legis sacra sunt a xpo instituta
Pertractanda est diffinitio extremae
unctionis ex qua ponit hic ho. et
ad posteriori ad melius intelligendum. Est enim
unctio extrema unctio hominis infirmi pe-
nitentis fidei inclinatis et determinatis pri-
bus corporis cum oleo consecrato ab
episcopo ministrata a sacerdote sub certa ora-
tione intentione debita presente ex
institutione diuina efficaciam habens
curatiuam finaliter veniale. Dicit
primo extrema unctio quia intimatur est
sacramentum in baptismo sic hic unctio
est sacramentum cum congruencia est
quia illud sensibile signum exterius
congruit effectui spiritualis interiori unctionis
curatiue veniale. Dicit debet hominis
infirmi vel non cum dicit ministrari sa-
cerdote in infirmo ut dicit postea. Secundo
dicit penitentis quia nullus est capax
huius sacramenti salutis digne nisi sit in
gratia. Illud enim remedium non est ad
acquirendam primam gratiam quia ad hoc or-
dinatur baptismus et penitentia. Tertio addit
in determinatis pribus. Ille pres sunt
organa potentiarum ac quarum actus
potest frequenter venialiter peccata or-
gana quinque sensuum et potentiae mo-
tiue cum oleo consecrato ab episcopo
vel ab eo. Et ibi esse aliquid consecratum
ex oleo et balsamo sicut in materia
confirmationis. Quia confirmatio
est ad confessionem fidei. Et ideo
in confirmatione exigitur ne tria pu-
ritas consecratio significata per oleum
in est odor fame bone quia significat
per balsamum in hac habet esse de
bini de via mentis. Quia sufficit
sibi sola puritas fidei. Consecratio aut equalis est natura ad ho-
ut ma sit apta quia enim nisi sacra-
menta consistencia in usu solum
baptismus non requirit materiam con-
secratam specialem quia xpus tactu sue
mundissime carnis qui voluit bap-
tizari a Johe totam aquam conse-
cauit hoc est in usum istum dedi-
cauit quod sequitur ministrata a sacerdote